



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLVIII. De effectibus iræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ximè irascuntur, quādo in eis despicitur id, de quo pōt esse suspicio, quod uel non in sit eis, uel q̄ sit in eis debiliter, sed cum putēt se multum excellere in illis, in quibus despiciuntur, non curant, sed prādicta suspicio ex defectu prouenit. ergo defectus est magis causa q̄ aliquis irascatur, quā excellentia.

¶ 3 Præ. Ea quæ ad excellentiam pertinent, maximè faciunt hoīes iucundos, & bonæ spei esse, sed Phil. dicit in 2. Rhet. quod in ludo, i risu, in festo, in prosperitate, in consummatione operum, in delectatione non turpi, & in spe optima, homines non irascuntur. ergo excellentia non est causa iræ.

SED CONTRA est, quod Philosophus in eodem libro dicit, q̄ hoīes propter excellentiam indignantur.

RESPON. Dicendum, quod cā iræ in eo qui irascitur, dupliciter accipi pōt. Vno mō s̄m habitudinē ad motuum iræ, & sic excellentia est causa ut aliq̄s de facili irascatur: est enim motuum iræ iniusta paruipensio, ut dictum est. * constat autem, q̄ quātō aliquis est excellentior, iniustius paruipēditur in hoc, in quo excellit: & ideo illi qui sunt in aliqua excellentia, maximè irascuntur, si paruipendantur, pura, si diues paruipēditur in pecunia, & rhetor in loquēdo, & sic de alijs. Alio modo pōt considerari cā iræ in eo qui irascit, ex parte dispositionis quæ in eo relinquitur ex tali motu. Manifestum est aut, quod nihil mouet ad irā, nisi nocuentū quod contristat: ea aut q̄ ad defectum pertinent, maxime sunt contristantia, quia hoīes defectibus subiacentes facilius læduntur. Et ista est causa, quare homines qui sunt infirmi, uel in alijs defectibus, facilius irascuntur, quia facilius contristantur. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD II. Dicendū, quod ille qui despicitur in eo, in quo manifeste multū excellit, nō reputat se aliquā iacturā pati, & ideo nō contristatur, & ex hac parte minus irascitur: sed ex alia parte, in quātū indignus despicitur, habet maiorē rōnē irascēdi, nisi forte reputet se non inuideri, uel subsannari propter defectum, sed pp ignorantiam, uel propter aliud hmōi.

AD III. Dicendum, quod omnia illa impediūt iram, in quārum impediunt tristitiam, sed ex alia parte nata sunt prouocare iram, secundum quod faciūt hominem inconuenientius despici.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum defectus alicuius sit causa, ut contra eum facilius irascamur.

AD QVARTVM sic proceditur. Vī, q̄ defectus alicuius non sit causa, ut cōtra ipsūm facilius irascamur. Dicit. n. Phil. in 2. Rhet. quod his q̄ confitentur, & pœnitent, & humiliātur, nō irascimur, sed magis ad eos mitelcimus, unde & canes non mordent eos qui residēt, sed hoc pertinet ad paruitatē & defectū. ergo paruitas alicuius est cā, ut min⁹ irascamur.

¶ 2 Præ. Nullus est maior defectus quā mortis, sed ad mortuos definit ira: ergo defectus alicuius non est causa prouocatiua iræ contra ipsūm.

¶ 3 Præ. Nullus æstimat aliquem paruū ex hoc, quod est sibi amicus, sed ad amicos si nos offenderint, uel si non iuerint, magis offendimur: unde dicitur in psal. 56. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: ergo defectus alicuius non est causa, ut contra ipsūm facilius irascamur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. quod diues irascitur contra pauperem, si eū despiciat, & principans contra subditum.

RESPON. Dicendū, quod sicut iā supra dictū est,

F Indigna despectio est maxime prouocatiua iræ. Defectus igitur, uel paruitas eius, contra quem irascimur, facit ad augmentum iræ in quantum auget indignā despectionem. Sicut. n. quātō aliquis est maior, tantō indignius despicitur: ita quātō aliquis est minor, tantō indignius despicit. & ideo nobiles irascuntur si despiciantur a rusticis, uel sapientes ab insipientibus, uel domini a seruis. Si uerō paruitas, uel defectus diminuat despectionem indignam, talis paruitas nō auget, sed diminit iram: & hoc modo illi qui pœnitent de iniurijs factis, & confitentur se male fecisse, & humiliantur, & ueniam petūt, mitigant iram, secundum illud Prouerb. 15. Responso mollis frangit iram, in quantum. f. tales nidentur se male fecisse, sed magis magnipendere eos, quibus se humiliant. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod duplex est causa, quare ad mortuos cessat ira. Vna, quia non possunt dolere & sentire, quod maxime quærunt irati in his, quibus irascuntur. Alio modo, quia iam uidentur ad ultimum malorum peruenisse: unde etiā ad quoscuq̄ grauiter læsos cessat ira, in quantum eorum malum excedit mensuram iustæ retributionis.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam despectio quæ est ab amicis, uidetur esse magis indigna: & ideo ex simili causa magis irascimur contra eos si despiciant uel nocendo, uel non iuando, sicut & contra minores.

QVAESTIO XLVIII.

De effectibus ira, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus iræ.

- ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.
- ¶ Primò, Vtrum ira causet delectationem.
- ¶ Secūdo, Vtrum maxime causet feruorē in corde.
- ¶ Tertio, Vtrum maxime impediāt rationis usum.
- ¶ Quarto, Vtrum causet taciturnitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ira causet delectationem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ ira nō causet delectationem. Tristitia enim delectationem excludit, sed ira est semper cum tristitia, quā ut dicitur in 7. Ethic. * Omnis q̄ facit aliquid propter iram, facit tristatus. ergo ira nō causat delectationem.

¶ 2 Præ. Phil. dicit in 3. * Eth. q̄ punitio quietat motū iræ, delectationē pro tristitia faciens: ex quo pōt accipi, q̄ delectatio irato puenit ex punitioe, punitio aut excludit irā. ergo adueniente delectatiōe, ira tollitur. nō est ergo effectus delectationi cōiunctus.

¶ 3 Præ. Nullus effectus impedit causam suam, cū sit sue causæ conformis, sed delectatiōes impediūt irā, ut dī in 2. Rhet. * ergo delectatio nō est effectus iræ.

SED CONTRA est, quod Philosophus in eodem libro inducit prouerbium, Quod ira multo dulcior melle distillante in pectoribus uitorum crescit.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut Philosophus dicit in 7. Ethic. * Delectationes maxime sensibiles & corporales, sunt medicinae quādā contra tristitiam: & ideo quātō p delectationem contra maiorē tristitiā, uel anxietatem remedium præstatur, tantō delectatio magis percipiē; sicut patet, q̄ qñ aliquis sitit, delectabilior sit ei potus. Manifestum est autē ex prædictis, q̄ motus iræ insurgit ex aliqua illata iniuria contristante.

* Ca. 3. circa med. tom. 6.

* Ca. 9. to. 6.

* Art. præ.

* Cap. 3. p. 2. rum a prin. tom. 6.

* Ca. 2. a medio, to 6.

* Art. 2. & 3.

* q. 26.

Vet. q. 2. c. 6.

* q. 28.

* Ca. 1. p. 2. dium, to.

* Ca. 1. tom. 6.

* Dana.

* fidei Or.

* 26. in pr.

* q. 44. a.

* Ca. 31. med.

stante, cui quidem tristitie remedium adhibetur per vindictam: & ideo ad praesentiam vindictae delectatio sequitur, & tanto maior, quanto maior fuit tristitia. Si igitur vindicta fuerit praesens realiter, sit perfecta delectatio, quae totaliter excludit tristitiam, & per hoc quietat motum irae: sed antequam vindicta sit praesens realiter, sit irascenti praesens dupliciter. Vno modo per spem, quia nullus irascitur nisi sperans vindictam, ut supra dictum est. Alio modo, secundum continuationem cogitationem: vnicuique enim concupiscenti est delectabile in morari in cogitatione eorum quae concupiscit: propter quod et imaginationes somniorum sunt delectabiles. & ideo cum iratus multum in animo suo cogitet de vindicta, ex hoc delectatur, tamen delectatio non est perfecta, quae tollat tristitiam, & per consequens iram.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non de eodem iratus tristatur, & gaudet, sed tristatur de illa iniuria: delectatur autem de vindicta cogitata & sperata. unde tristitia se habet ad iram sicut principium, sed delectatio sicut effectus, vel terminus.

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de delectatione, quae causatur ex reali praesentia vindictae, quae totaliter tollit iram.

AD TERTIUM dicendum, quod delectationes praecedentes impediunt ne sequatur tristitia, & per consequens impediunt iram: sed delectatio de vindicta consequitur ipsam.

ARTICVLVS II.

Utrum ira maxime causet feruorem in corde.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod feruor non sit maxime effectus irae. Feruor enim sicut supra dictum est, pertinet ad amorem: sed amor, sicut supra dictum est, principium est & causa omnium passionum. cum ergo causa sit prior effectu, videtur quod ira non faciat maxime feruorem.

¶ 2 Praeterea illa, quae de se excitant feruorem, per temporis assiduitatem magis augentur, sicut amor diuturnitate conualescit, sed ira per tractum temporis debilitatur. dicitur enim Phil. in 3. Rhet. quod tempus quietat iram. ergo ira non proprie causat feruorem.

¶ 3 Praeterea feruor additus feruori augmentat feruorem, sed maior ira superueniens facit iram mitescere, ut Phil. dicit in 2. Rhet. ergo ira non causat feruorem.

SED CONTRA est, quod dicitur. Da. dicit, quod ira est feruor eius, quod circa cor est sanguinis, ex euaporatione fellis hies.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, corporalis transmutatio, quae est in passionibus animae, proportionatur motui appetitus. Manifestum est autem, quod quilibet appetitus etiam naturalis, fortius tendit in id, quod est sibi contrarium si fuerit praesens: unde videmus, quod aqua calefacta magis congelatur, quasi frigidus uehementius in calidum agente. Motus autem appetitus irae causatur ex aliqua iniuria illata, sicut ex quodam contrario iniacente: & ideo appetitus potius sine tendit ad repellendum iniuriam per appetitum vindictae, & ex hoc sequitur magna uehementia, & impetuositas in motu irae. Et quia motus irae non est per modum retractionis, cui proportionatur frigus: sed magis per modum insecutionis, cui proportionatur calor, consequenter fit motus irae causatiuus cuiusdam feruoris sanguinis & spirituum circa cor, quod est instrumentum passionum animae. & ex in de est, quod propter magnam perturbationem cordis, quae est in ira, maxime apparent in iratis indicia quaedam in exterioribus membris. unde Greg. dicit in 5. Moral. Ira sua stimulus accensum cor palpat, corpus tremat, lingua se praepedit, facies ignescit, exaspe-

Arantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti, ore quod clamore format, sed sensus quid loquatur, ignorat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod amor ipse non ita sentitur, nisi cum cum prodit indigentia, ut Aug. dicit in 10. de Trin. Et ideo quando homo patitur detrimentum amatae excellentiae propter iniuriam illatam, magis sentitur amor: & ideo feruētius cor mutatur ad remouendum impedimentum rei amatae, ut sic feruor ipse amoris per iram crescat, & magis sentiatur. Et tamen feruor qui consequitur calorem, alia ratione pertinet ad amorem, & ad iram. Nam feruor amoris est cum quadam dulcedine & lenitate. est enim in bonum amatum: & ideo assimilatur calori aeris & sanguinis, propter quod sanguinei sunt magis amatiui: & dicitur quod cogit amare iecur, in quo fit quaedam generatio sanguinis. Feruor autem irae est cum amaritudine ad consumendum, quia tendit ad punitionem contrarii, unde assimilatur calori ignis & cholerae. & propter hoc Dam. dicit, quod procedit ex euaporatione fellis, & fellea nominatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod omne illud, cuius causa per tempus diminuitur, necesse est quod tempore debilitetur. Manifestum est autem quod memoria tempore diminuitur: quae enim antiqua sunt, a memoria de facili excidunt. Ira autem causatur ex memoria iniuriae illatae: & ideo causa irae per tempus diminuitur paulatim, quousque totaliter tollatur. Maior est uero iniuria, quam primo sentitur. & paulatim diminuitur eius aestimatio secundum quod magis receditur a praesenti sensu iniuriae. Et similiter etiam est de amore, si amoris causa remaneat in sola memoria. unde Phil. dicit in 8. Eth. quod si diuturna fiat amici absentia, uel amicitiae obliuionem facere, sed in praesentia amici semper per tempus multiplicatur causa amicitiae, & ideo amicitia crescit. Et similiter esset de ira, si continue multiplicaretur causa ipsius, tamen hoc ipsum, quod ira cito consumitur, attestatur uehementi furori ipsius. Sicut enim ignis magnus cito extinguitur consumpta materia, ita etiam ira propter suam uehementiam cito deficit.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis uirtus diuisa in plures partes, diminuitur: & ideo quando aliquis iratus alicui, irascitur postmodum alteri: ex hoc ipso diminuitur ira ad primum, & praecipue si ad secundum fuerit maior ira. nam iniuria quae excitauit iram ad primum, uidebitur comparatione secundae iniuriae, quae aestimatur maior, esse parua, uel nulla.

ARTICVLVS III.

Utrum ira maxime impediatur rationis usum.

AD TERTIUM sic proceditur. Utrum, quod ira non impediatur rationem. Illud enim, quod est cum ratione, non uel esse rationis impedimentum, sed ira est cum ratione, ut dicitur in 7. Eth. ergo ira non impedit rationem.

¶ 2 Praeterea. Quanto magis impeditur ratio, tanto diminuitur manifestatio: sed Philosophus dicit in 7. Eth. quod iracundus non est insidiosus, sed manifestus. ergo ira non uidetur impedire usum rationis, sicut concupiscentia quae est insidiosa, ut ibidem dicitur.

¶ 3 Praeterea. Iudicium rationis euidentius fit ex adiunctione, contrarii. quia contraria iuxta se posita magis elucescunt, sed ex hoc et crescit ira. dicitur enim Phil. in 2. Rhet. quod magis homines irascuntur, si contraria praesentia sunt. sicut honorati si dehonorentur, & sic de aliis. ergo ex eodem ira crescit, & iudicium rationis adiuuatur. non ergo ira impedit iudicium rationis.

SED CONTRA est, quod Grego. dicit in 5. Moral. quod ira intelligentiae lucem subtrahit, cum mentem

Circa fi. lib. tom. 3.

Li. 2. Ortho. fidis. c. 16.

Ca. 5. no. pro cul a prim.

Infra arti. 4. cor. & 2. 2. q. 41. ar. 2. ad 3. & q. 157. art. 4. co. & mal. q. 12. art. 1. Li. 7. Eth. c. 6. circa pnc. Li. 7. eth. c. 6. circa med. Loco nunc dicitur.

Li. 2. Rhet. c. 2. post med. tom. 6.

Li. 5. moral. cap. 31. circa prin.

Ver. q. 26. ar. 1. c. 5. fi.

q. 28. art. 4.

q. 3. post med. diu. tom. 6.

Ca. 3. a me. tom. 6.

Dama. li. 2. fidis. Orth. c. 26. in prin.

q. 44. art. 1.

Ca. 31. circa med.

tem permouendo confundit.

RESPON. Dicendum, quod mens uel ratio, quam uis non utatur organo corporali in suo proprio actu, tñ quia indiget ad sui actū qbusdā uiribus sensitiuis, quorū actus impediuntur corpore perturbato, necesse est quod perturbationes corporales etiam iudicium rationis impediunt, sicut patet in ebrietate & somno. * Dicitur est autem, quod ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut et usque ad exteriora membra deriuetur; unde ira inter ceteras passiones manifestius impedit iudicium rationis, secundum illud psal. 30. Conturbatus est in ira oculus meus.

Ar. preced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a rōne est principiu ira quantū ad motum appetitiuū, qui est formalis in ira, sed perfectum iudicium rōnis passio ira praeoccupat, quasi nō perfecte rōnem audiēs pp commotionē caloris uelociter impellētis, q̄ est materialis in ira: & q̄tū ad hoc impedit iudiciū rōnis.

AD SECVNDVM dicendum, quod iracundus dī esse manifestus, non quia manifestum sit sibi qui d facere debeat, sed quia manifeste operatur, non quarens aliquam occultationem, quod partim contingit propter impedimentum rationis, quare non pōt discernere quid sit occultandum, & quid manifestandum, nec etiam excogitare occultandi uias; partim uerō est ex ampliacione cordis, quae pertinet ad magnanimitatem, quam facit ira. unde & de magnanimo Phil. dicit in 4. Ethi. * quod est manifestus odior, & amator, & manifeste dicit, & operatur. Cōcupiscentia autem dicitur esse latens, & insidiosa, quia ut plurimū delectabilia, quae concupiscuntur, habēt turpitudinem quandam, & molliem, in quib. hō uult latere: in his autē quae sunt uirilitalis & excellentiae, cuiusmo dī sunt uindictae, q̄rit hō manifestus esse.

C. 3. a med.

q. 46. ar. 4

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut dictum est, * Motus ira a ratione incipit; & ideo s̄m idem appositio contrarij ad contrarium adiuuat iudicium rationis, & auget iram. Cū enim aliquis habet honorē uel diuitias, & postea incurrit alicuius detrimentum, illud detrimentum apparet maius, tñ propter uiciniam contrarij, tñ quia erat inopinatu, & iō cāt maiorem tristitiam. Sicut etiam magna bona ex inopinato uenientia cāt maiore delectationē, & s̄m augmentū tristitiāe praecedentis, cōsequēter auget & ira.

ARTICVLVS IIII.

Utrum ira maxime causet taciturnitatem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod ira non causet taciturnitatem. Taciturnitas. n. locutioni opponitur, sed per crementum ire usque ad locutionem peruenitur, ut patet per gradus ire, quos Dominus assignat Matth. 5. dicens. Qui irascitur fratri suo, & qui dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo, fatue, ergo ira non causet taciturnitatē. ¶ 2 Præ. Ex hoc q̄ custodia rationis deficit, contingit q̄ homo prorumpat ad uerba inordinata. unde dicitur Prou. 25. Sicut urbs parens, & absque murorū ambitu, ita uir qui non potest cohibere in loquēdo spiritum suum, sed ira maxime impedit iudiciū rationis, ut dictum est. * ergo facit maxime profluere in uerba inordinata. non ergo cāt taciturnitatem. ¶ 3 Præ. Matth. 12. dī. Ex abundantia cordis os loquitur, sed per irā cor maxime perturbat, ut dictū est. ergo maxime cāt locutionē. nō ergo cāt taciturnitatē.

Articu. 3.

Cap. 31. non procul a fi.

SED CONTRA est, quod Gre. dicit in 5. Mor. * q̄ ira per silētium clausa, intra mētē uehementius aestuat.

F RESPON. Dicendum, quod ira, sicut iam dictum est, * & cum ratione est, & impedit rationem: & ex utraque parte potest taciturnitatem causare. Ex parte quidem rationis, qñ iudicium rationis intantum uiget, quod etsi non cohibeat affectum ab inordinato appetitu uindictae, cohibet tamen linguam ab inordinata locutione. unde Greg. * in 5. Moral. dicit. Aliquando ira perturbato animo, quasi ex iudicio silentium inducit. Ex parte uerō impediendi rationis, quia sicut dictum est, * perturbatio ira usque ad exteriora membra perducitur, & maxime ad illa membra, in quibus expressius relucet uestigium cordis, sicut in oculis, & in facie, & in lingua: unde, sicut dictū est, * lingua se prapedit, facies ignescit, exasperantur oculi. Potest ergo esse tanta perturbatio ira, quod omnino impeditur lingua ab usu loquendi, & tunc sequitur taciturnitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ augmentum ire qñq; est usq; ad impediendum rationem a cohibitione lingue: qñque autem ultra procedit usque ad impediendum motum linguae, & aliorum membrorum exteriorum. Et per hoc et patet solutio ad Secūdum.

AD TERTIVM dicendum, quod perturbatio cordis quādoque potest superabundare usque ad hoc, quod per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorum membrorum, & tunc causatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorum, & quandoque etiam mors. Si autem non fuerit tanta perturbatio, tunc ex superabundantia perturbationis cordis sequitur oris locutio.

QVAESTIO XLIX.

De habitibus in generali, quod ad eorum substantiam, in quatuor articulos diuisa.

¶ Super quāstio. quae agit de simoniacis articulum primum.

In corp. artic. 1. quae stio. 49. dicentia da est natura habitus praedicamenti, & post praedicamenti, quod q̄ alterius est negotij, ideo uel ad particulare qualificationem, uel ad secundū Metaph. spectabit, proposito enim praesentis est habitus discutere, de quo est sermo, cuius distinctio ex 5. Metaph. dī fertur i litera. f. quod est dispositio qua bene, uel male disponitur dispositum secundum se, uel ad alterum, quam distinctio nem mandabis memoria, & fides in ea aciem intelligentie: quoniam ex ea uidebis tot habitus conditiones, quot natura illius illucet, ut patet.

OST actus & passiones considerandum est de principijs humanorū actū.

Et primo de principijs intrinsicis. Secundo, de principijs extrinsecis. Principium autem intrinsicum est potentia & habitus: sed quia de potentijs in prima parte dictum est, * nunc restat de habitibus considerandum.

Et primo quidem in generali. Secundo uerō de uirtutibus & uitijs, & hōi alijs habitibus, q̄ sūt humanorum actuum principia. Circa ipsos autē habitus in generali, quatuor consideranda sunt.

¶ Primo quidem, De ipsa substantia habituum.

¶ Secundo, De subiecto eorum. ¶ Tertio, De causa generationis augmenti & corruptionis ipsorum.

¶ Quarto, De distinctiōe ipsorum.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum habitus sit qualitas.

¶ Secundo, Utrum sit determinata species qualitatis.

¶ Tertio, Utrum habitus importet ordinem ad actum.

¶ Quarto, De necessitate habitus.

¶ In responsione ad tertium in eodem, incipit ex iam dicta distinctiōe colligere, ex eo namque quod habitus est dispositio, & dispositio est ordo habentis partes & c. consequens est, q̄ habitus sit ordo habentis partes, cui autem audis ordinem non intelligas respectum ordinis, sed est radi.